



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Indvstria Spiritvalis**

**Spee, Friedrich von**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.**

Oratio ante vel post examen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43756**

Vergo despicias Domine , neque at-  
tendas multitudinem iniquitatum  
meorum , sed secundum multitudi-  
nem miserationum tuarum misere-  
re mei & propitius esto mihi maxi-  
mo peccatori : Dic animæ meæ salus  
tua ego sum: qui dixisti , nolo mor-  
tem peccatoris , sed magis ut con-  
quertatur & viuat . Converte me Do-  
mine ad te , & noli irasci contra me .  
Deprecor te clementissime Pater ,  
propter misericordiam tuam sup-  
plico & exoro , vt perducas me ad  
bonum finem , & veram pœnitен-  
tiam puram confessionem & dig-  
nam satisfactionem omnium pec-  
catorum mcorum , Amen .

*Oratio ante vel post examen.*

**O** Benignissime Domine Ie'su  
Christe te humiliter oro , ne a-  
uertas faciem tuam à me , sed inclina  
infinitam misericordiam tuam mi-  
hi , respice me oculis misericordia  
tuæ ,

45

tuæ, quibus respexisti Mariam Magdalenam in conuiuio, Petrum in atrio, & Latronem in crucis patibulo, da mihi veram recognitionem & dolorem pro peccatis meis, recipe me in Paradisum gratiæ tuæ, & lauame in tuo sanguine, ut tecum vivere possim in sæcula sæculorum,  
Amen.

*Oratio ante Confessionem Sacramentalem.*

**S**uscipe confessionem meam p[ro]f-  
fime ac clementissime Domine  
Iesu Christe v[er]nica spes salutis ani-  
mæ meæ, & da mihi obsecro contri-  
tionem cordis, & lacrymas oculis  
meis, ut defleam diebus ac noctibus  
omnes negligentias meas, cum hu-  
militate & puritate cordis. Appro-  
pinquet oratio mea in conspectu  
tuo Domine. Si iratus fueris contra  
me quem adiutorem quæram? quis  
miserebitur iniquitatibus meis? Me-

F 3 mento